



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelia Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

Nvm. 4. Phocis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

exponere, sed Magistratui offerebantur, à quo ut ciues alebantur. Bellicosissimi fuere, quare per Thebanos Græciæ dominati sunt. Dicti sunt *Cancri* à Lycophrone, quia nauigationibus sua corpora indurabant, & *Sifernodiba* quod pelle detritâ, & depili vterentur. Funditores excellentissimos fuisse docet Tzetzes in Lycophronem, vbi eadem de iis asserit quæ de Balearibus scribuntur. Apud eos qui soluendo non erat, & decoxerat, rapiebatur in forum cophino testus, atque deinceps infamis habebatur, quod contigisse ferunt Euripidis patri. Hic de Thebanis, Thespianis, Orchomeniis si aliquid tantum delibarem, supra modum hoc opus excresceret.

N V M. 4. *Phocis, & Phocenses.*

NOMEN accepit *Phocis* à Phoco quodam, de quo Grammatici digladiantur, eorum rixas apud Gerbelium perleges, si otiosus eris. Distingues autem hic accuratè *Phocenses*, & *Phocænenses*, hi enim ex Phocæa Ioniæ vrbe profecti Massiliam in Galliâ condidere, illi in Achaïa vixerunt.

QUALITAS. Terra hic opima est, sationi, gregibus, & armentis peropportuna, inquit Pausanias. Eius tritici meminit Theophrastus. Angustiis quibusdam regio munita fuit, sed demum Locri hanc sibi partem vindicarunt.

MORES. Callidissimi fuere *Phocenses*, & diu piraticam exercuere, vñ primùm (vt aiunt) longis nauibus. Delphici pueri ex matribus nobilitatem trahebant, non ex patribus.

POLITIA. Deucalion hic olim regnauit; successit status Oligarchicus Quid autem mali passi sint *Phocenses* ex occasione belli sacri quod gesit Philippus, ex Pausaniâ in Phocicis edisces. Huic bello occasionem dedit direptio templi Delphici auctore Philomelo.

N V M. 5. *Locri.*

NOMEN habent Locri à quodam *Locro*, Heroe cuius filius Opus fuit, vt aiunt Homeri Scholiaestes, & Eustathius. Cognomina autem quatuor habuere, quidam enim dicti *Ozole*, alijs *Epicnemidy*, quidam *Opunij*, nonnulli *Epizephyrij*: hi in Italiam translati sunt ad Promontorium Zephyrium. *Ozole* aliter *Hesperij* nun-

Ddd ij